

naturalibus. Igitur directè Simp. opposita aētiua esse statuit, & quæ cor-
rumpuntur à corrumpente aliud generante, scilicet, ab agente cōtrario.
Verè igitur aētiua contraria, entia prima hic posuit Arist. & Simp. nam
quomodo contrarium agat in nō ens, & quomodo non ens agat in ens?
Et Simp. etiam dixit: quod non habet contrarium non potest corrumpi,
& idem Aphrodisæus, vt ait, idem Arist. in 1. cœl. demonstrans cœlum
non corrumpi, quia non habet contrariū corrumpens. & sanè priuatio
si est non ens, est in cœlo, scilicet, priuatio, ignis, & aquæ, vt aiunt, est
enim horum absentia in cœlo, & non cœlum est in inferioribus: vt nul-
lus sit horum sermo. Igitur si contrarium corrumpens est causa corru-
ptionis, igitur est agens, ergò ens in actu est priuatio, quam dixit operari
ad maleficium, & corruptionem Arist. in t. 80. & contrariū minus no-
bile. Et hoc nulli non persuadeat, quòd Arist. dixit musicum non fit ex
quolibet immusico, sed ex habente priuationem musicæ, & album non
ex quouis non albo, sed ex nigro, habente priuationem albi, & calidum
ex habente priuationem calidi: hoc autem nō est, nisi frigus, vt alibi ma-
nifestat, ideo est in 2. de gen. t. 32. & in 1. t. 18. Item Arist. 1. phy. t. 48. &
seq. adducens opiniones Antiquiorum, inquit, quòd omnes agentes de
elementis, principijs vocatis, dixerint idem, quia posuere contraria, alij
calidum, & frigidum, alij alia, sed differunt, quia alij ponunt contraria
priora, quæ continent, & hi melius, alij posteriora, quæ continentur ab
his, & hi deterius, vnde probatum esse relinquit, quòd principia sint con-
traria, in quibus inuicem aētiua, vt nisi stupidi sint Peripatetici, asserant entia
realia, & utuo quæ se expugnantia ab eadem mole principia Aristoteli po-
sita esse, & laudat quidem antiquos, quòd posuerint elementa contraria
aētiua, non quòd posuerint priuationem non ens, sed quia vtrunquæ ens.
Sicut Parm. calidum, & frigidum, & simul alij, nam ipse dicit in t. 78. an-
tiquos non cognouisse priuationem, quòd est non ens ibi Aristoteli su-
gientia argumenta priscorum laudat quidem, quòd dixerint esse contra-
ria aētiua omnes, sed vituperat eos, qui posuere posteriora, & qui conti-
nentiora. Sed quoniam non sunt eadem contraria eiusdem seriei Aristoteli,
sed quodammodo disparata, album enim, & nigrum ponit princi-
pia colorum, dulce, & amarum saporum formalia, deducit omnia ad
prima principia duo, non per generationem, quòd fiant ab eis, sed per
analogiam, & comparisonem quandam, sicquæ omnia ad substantiam, &
in entibus principia ponit, vbi nō innotescit, nec est verè forma, eiusdèquæ
contrarium, vt in artificatis, & moralibus, ideo quæ appellat domum alte-
rum, alterunquæ non domum contrariorum, sed intelligit, vt ait. per hæc
dispositiones directè contrarias, quamuis innominatas, ex immusico,
& musicum non ex quolibet immusico, inquit, fit, sed ex habente musicæ
priuationem, hoc est contrarium, sicut non fit album ex quolibet non
albo, sed ex habente priuationem albi, hoc est, ex nigro, & calidum ex fri-